Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36447
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



167

eum peruenire. Noli piger ee amare. Non enim
pedibus sed affectibus curris. uno loco manens uehis
sic credis & diligis. Ergo ubiq; ē. Si ubiq; ē. quomodo
cum filio ñ est? Trano. cum filio non ē. qui si credis
& tecum ē. Unde ergo uerum ē iudicium eius? nisi
quia uerus ē filius. Hoc enim dixit. & si iudico uerum
est iudicium meū. quia solus non sum. sed ego & qui me
misit pat̄. Tamquā diceret. uerum ē iudicium meum.
quia filius dīsum. Unde probas quia filius es? Quia
solus ñ sum. sed ego & qui me misit pater. Erubesce
sabelliane. Audis filium audis patrem. Pater. pat̄ ē.
Filius. filius ē. Non dixit. ego sum pat̄. & ego ipse sum
filius. sed solus non sū inquit. Quare solus non es? qua
mecum ē pater. Ego sum. & qui me misit pater.
Audis ego & qui me misit. Ne perdas personā distinguere
personas. distingue intellegentiam. Noli separare
perfidia. ne iterū quasi fugiens carrpdim in scyllam
incurras. Uorabat enim te gurges impietatis sabellia
norū. Ideo ipsum ee patrem qui est filius. Modo
didicisti solus non sū. sed ego & qui me misit pater. Agnos
cis quia pat̄ pater ē. & filius filius ē. Bene agnoscis. sed
noli dicere. pat̄ maior ē. filius minor ē. Noli dicere